



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

rum barathro exhalat; vellent in omnibus esse paritatem, & nullum rerum discrimen: ita tamen, ut tandem ipsi soli, essent & dicerentur Reuerendi Domini, nec ullus alius; sicut Münzerus voluit Dominos omnes è medio sublatos, & dominari solus. Evidem vellem, iuuentutem & populum assuefieri, ut non modo diceret; Reuerende Domine, sed etiam; sancte Domine, sancte Pater; adigereturque, ut Confessionem sanctam, absolutionem sanctam, cōcionem sanctam, & quidquid ad Verbum Dei pertinet, vocaret sanctum.

Antipharmacum.

Quod Lutherus se & suos symmistas appellari & compellari cupit *santos*, id nimium esse quis non videt? Vix ferunt, Sectarij, ut nominibus Cælitum, prænomen sancti præponamus; & ecce Lutherus suis Corydonibus ex plenitudine potestatis Islebicæ hāc tam honorificam nomenclaturam publico decreto tribuendam censer. Nam quod S. Augustinus & S. Hieronymus se mutuo appellarent *santos*, id istorum caussam non promouet; quandoquidem Lutherus cum suis à sanctis illis tantum differt, quantum Belial à Christo; Asmodæus à Michaële Archangelo: tenebræ à luce, orcus ab æthere.

Quæritur XXIV. Vtrum omnes confiteri debeant. Respondet Luthers negatiuè Tom. i. Nouorum Operum Homil. de Confessione: Wer ein vesten starken Glauben hat zu Gott / vnd ist gewiß / seine Sünde seyndt ihm vergeben / der mag diese Beichte wol lassen anstehn/vnd allein Gott beichten. Aber wie vil seyndt deren/die einen solchen vesten/starken Glauben vnd Ziuersicht zu Gott haben: Qui firmam habet fidem in Deum, & certus est sibi peccata remissa, is hac confessione non egens.

eget; sed soli Deo confiteri potest. At quam multi horum sunt,
quibus sit tam valida & firma fides aut fiducia erga Deum?

Antipharmacum.

Ex dictis sequitur Lutherum non habuisse firmam
in Deum fidem ac fiduciam, quia auriculari confessione
v^{er}sus est; & ita quidem, vt non semel testetur, se nullo
modo passurum, vt ea sibi eripiatur. Darum^s hab ich
gesagt/ait Lutherus loc. cit. vnd sags noch/dass ich mir
dise heimliche Beicht nicht wil nemmen lassen / ich wil
auch niemandt darzu zwingen / oder gezwungen ha^b
ben / sondern einem jedlichen frey heimstellen. Unser
Gott ist nicht so karg/dass er vns nur eine Absolution/
vnd nur einen Trostspruch gelassen hette/zur stark vñ
trostung vnsers Gewissens/sonder wir haben vil Ab-
solution im Euangelio/rc.

Ideo dixi, & adhuc dico, quod auricularem confessionem
mihi eripi non patiar. Ad hanc neminem cogo; sed cuiuslibet
reliquo. Deus noster non est tam parcus, vt nobis vnam
tantum absolutionem, & consolatorium unum dictum relique-
rit, ad consolandam, & pacandam conscientiam nostram; sed
multas habemus absolutiones in Euangelio, &c.

Quaritur XXV. Vtrum confessio eo fine sit instituta,
vt in ea confitentes recitent catechismum. Affirmat
Lutherus in Admonitione ad Francoford. Die Beicht
geschiht nicht allein darum^s / dass sie Sünden erzeh-
len/sondern dass man sie verhöre/ob sie das Vatter vñ-
ser/Glauben / zehn Gebott/ vñnd was der Catechis-
mus mehr gibt/können.

Confessio non solum ea de caufsa instituitur, vt nonnulla
peccata enumerant, (confitentes) sed vt etiam examinentur
& au-